

Si confitebor te absolvo ab omni  
**munitione et plenissimam**  
Dominus noster Iesus christus pe  
missa et tibi concessa te absolvo. Ipsi  
onus peccatis tuis confitit: confes

IV  
1

11  
12  
13



75 A 6308

Der - von einem Gelehrten - oder  
Pirkolen - Geschloß (1945?) durch-  
bohrte Baum enthält:

1) Seneca; Epistolarum Lucillium,  
[Köln: Heinrich Overkells Erben;  
im 1510.]

2. Cicero: Dialogus de amicitia  
Desenter, Alfred Paffraet; 29. 9.  
[nach 1511].

3 Vergil: Bucolica  
[Leipzig]: Jacob Thamer; 3. 9. 1512.

4. Vergil: Georgica  
Straßburg [A. Schöner] 1513

5.) Berthard von den Zeiten  
Expositio in Athanasii Syn-  
bolium.

[Köln: Martin von Widen]; nach 1500

6. Baptista barbanius:  
Bucolicum carmen.

Desenter; Richard Paffraet;  
12. 12. 1502.

Die undatierten Schriften sind  
Pirkolenscher. Gr.

...alter bone quid faciens uitam aeternam non possi  
Dixit autem ei Iesus. Quid medicus bonum. Nemo bonus  
uisit. Mandata nostri. Non occides. Non moechas  
Non falsum facies. Non falsus sum. testimonium dices  
in patrem autem et matrem. Qui ait. Haec omnia  
uia uenturae uitae. Quae aucto me dicit. Ad  
unum sibi deest. Omnia quaecumque habes uende  
pauperibus & habebis thesaurum in caelis. Et ueni  
se me. Huic ille uidit & doluit. Quia dicitur  
ualde uidens dicitur illum in caelis. Quia dicitur  
I uam difficile quae pecunias habent in regnum  
traibunt. Facilius est enim camelum per foramen  
transire quam diuitem intrare in regnum di  
rum qui uidebant. Et quis potest saluus fieri  
illis quae impossibilia sunt apud homines pos  
sunt apud deum. Ait autem petrus. ecce nos dimisi  
uicem sum te. Qui dixit eis. An dico uobis. N  
est qui  
quid domum aut parentes aut fr  
uxorem aut fratres potest regnum dei & non recipiat  
to plura in hoc tempore & in seculo uenturo uita  
aeternam. Ad haec dixit autem Iesus duodecim <sup>discipulos suos</sup> et ait illi  
Ecce ascendum in iherosolimam & consummabuntur  
omnia quae scripta sunt per prophetas de filio hominis  
Tandem enim tradentibus et inludetur & flagella  
bitur & contumetur. Et postquam flagellauerit  
occident eum & die tertia resurget. Et ipsi in  
horum intellexerunt. Et tenet uerbum istud ab  
aitur ab eis & non uidebant quae dicitur

**P. Vergilij Maro**  
**nis Mantuani Carmen Bu-**  
**colicum: decem Aegloga**  
**rum opus.**

GILIVS DE SEIPSO

M. is romanum nescit Homerum  
o credat vtrunq; sibi.  
Illius inmensos miratur grætia campos.  
At minor est nobis: sed bene cultus ager.  
Non miles: pastor: curuus non defit arator.  
Nec grais constant singula: trina mihi.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is significantly obscured by a large, irregular hole in the paper.



P. V. M. MANTVANI AEGOGÆ PRI  
ME ARGVMENTVM.

Zlegloga Prima Tityrus appellata: duos pastores amicos habet  
colloquutores: alterũ suam calamitatẽ dolentẽ q̃ cũ gregibus ex suis  
pellatur fimbis: alterum eum laudantem: cuius beneficio  
omnem euaserit difficultatem.

t Ityre tu patule recubans sub tegmine fagi Me.  
*vulturnus* *arvens* *subtili* *egred* *pho*  
Siluestrem tenui musam meditaris auena:  
*ab* *vastis* *me* *agros* *no* *plac* *no*  
Nos patrię fines / & dultia linquimus arua.  
*orof* *seruic* *sub* *feru*  
Nos patriam fugimus, tu Tityre lentus in vmbra  
*cabus* *et* *anima* *tra*  
Formosam resonare doces Amaryllida filuas.

*Q*Meliboce deus nobis hæc otia fecit Ti.  
*Na* *mihi* *semper* *deus* / illius aram  
*S* *ab* *ouilibus* *imbuet* *agnus*.  
Ille meas errare boues (vt cernis) & ipsum  
Ludere que vellem calamo permisit agresti.

Nõ equidẽ inuideo / miror magis / vndiq̃ totis Me.  
Vsq̃ adeo turbatur agris / en ipse capellas  
Protinus æger agro / hanc etiã vix Tityre duco:  
Hic inter densos corylos / modo nanq̃ gemellos /  
Spem gregis / ah filice in nuda connixa reliquit.  
Sæpe malũ hoc nobis (si mens nõ leua fuisset)  
De cœlo tactas memini prædicere quercus:  
Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix.  
Sed tamen iste deus qui sit da Tityre nobis.

Vrbem quã dicunt Romam Melibœe putavi Ti.  
Stultus ego huic nostræ similẽ / quo sæpe solemus

A ñ

AEGLOGA

Pastores ouium teneros depellere foetus.  
 Sic canibus catulos similes / sic matribus hedos  
 Noram, sic paruis componere magna solebam.  
 Verum hec tantum alias inter caput extulit vrbes /  
 Q uantum lenta solent inter viburna cupressi.

Me.  
 Ti.

Et que tanta fuit Romam tibi causa videndi?  
 Libertas / que fera tamen respexit inerta

Candidior / postq̄ tondenti barba cadebat  
 Respexit tamen / & longo post tempore venit.

Postq̄ nos amaryllis habet / Galate

Nanq̄ (fatebor em̄) dum me C

Nec spes libertatis erat / nec cura peculi /

Quāuis multa meis exiret victima septis

Pinguis / & ingrata premeretur caseus vrbi /

Non vnq̄ grauis ere domū mihi dextra redibat.

Me.

Mirabar quid moesta deos Amarylli vocares /  
 Cui pendere sua patereris in arbore poma:

Tityrus hinc aberat, ipse te Tityre pinus /

Ipsi te fontes / ipsa hec arbuſta vocabant.

Ti.

Quid facerem? neq̄ seruitio me exire licebat /

Nec tam presentes alibi cognoscere diuos.

Hic illum vidi iuuenem / Melibœe / quotannis

Bis fenos cui nostra dies altaria fumant,

Hic mihi responsum primus dedit ille petenti

PRIMA

Pascite vt ante boues pueri/summittite tauros. Me.

Fortunate senex ergo tua rura manebunt/

Et tibi magna fatis/quis lapis omnia nudus

Limosoq; palus obducat pascua iunco:

Non insueta graues tentabunt pabula foetas:

Nec mala vicini pecoris contagia ledent.

Fortunate senex hic inter flumina nota/

Et fontes sacros frigus captabis opacum.

Hinc tibi semper vicino ab limite sepes

Hic tibi depasta salictis

Serpens inire susurro.

Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras

Nec tamen interea rauce tua cura palumbes:

Nec gemere aera cessabit turtur ab vlmo.

Ante leues ergo pascentur in æthere cerui: Ti.

Et freta destituent nudos in littore pisces:

Ante pererratis amborum finibus exul

Aut Ararim Parthus bibet/aut Germania Tygri

Quin nostro illius labatur pectore vultus.

At nos hinc alij sitientes ibimus Afros: Me.

Pars Scythiã/ & rapidũ Crete veniemus Oaxem

Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

En vnq; patrios longo post tempore fines

Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.

A iij



## AEGLOGA

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas?  
 Imprimis hec tam culta noualia miles habebit?  
 Barbarus has segetes? en quo discordia ciues  
 Perduxit miseros? en quis conseruimus agros.  
 Inserere nunc Melibœe piros / pone ordine vites.  
 Ite meæ quondam foelix pecus: ite capellæ:  
 Non ego vos post hac viridi proiectus in antro  
 Dumosa de rupe procul pendere videbo.  
 Carmina nulla canam / nec me pascere  
 Florentem cithisum / & salices

Ti.

Hic tamē hac mecum poteris nocte  
 Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma:  
 Castane molles / & pressi copia lactis:  
 Et iam summa procul villarum culmina fumant:  
 Maioresq; cadunt altis de montibus vmbrae

### AEGLOGE SECVNDE ARGVMENT.

¶ Aegloga secunda que Alexi inscribit: solum amantē inducit Corydonem ne quisq; puerū Alexi in amore sit: agri fertilitate: diuisis eius pastoribus rusticisq; et forma: flectere molentē: ac nouissima post frustratas sollicitationes sese dementie arguentem.

f Ormosū pastor Corydon ardebit Alexime  
 Delicias domini: nec quid speraret habebat,  
 Tantum inter densas / vmbrosa cacumina fagos  
 Assidue veniebat, ibi hec incondita solus  
 Montibus & syluis studio iactabat inani.  
 O crudelis Alexi nihil mea carmina curas /

SECUNDA

Nil nostri miserere: mori me denique cogis.  
 Nunc etiam pecudes umbras: & frigora captant:  
 Nunc virides etiam occultant spineta lacertos:  
 Thestylis: & rapido fessis messoribus æstu  
 Allia: serpillumque: herbas contundit olentes.  
 At mecum raucis: tua dum vestigia lustro:  
 Sole sub ardenti / resonant arbuta cicadis.  
 Nonne fuit satius tristis Amarillidis iras  
 Atque <sup>superb</sup> a pati fastidia? nonne Menalcam?  
 Quis er: quis tu candidus esses.  
 Nil in iunium ne crede colori:  
 Alba ligustra cadunt: vacinia nigra leguntur.  
 Despectus tibi sum: nec quis sim queris Alexi:  
 Quam diues pecoris niuei: quam lactis abundans:  
 Mille meque Siculis errant in montibus agne.  
 Lac mihi non æstate nouum: nec frigore deficit.  
 Canto que solitus si quando armenta vocabat  
 Amphion Dirceus in Actæo Aracyntho.  
 Nec sum adeo informis: nuper me in littore vidi  
 Cum placidum vêtis staret mare: non ego Daphni  
 Iudice te metuam: si nunquam fallit imago.  
 O tantum libeat mecum tibi sordida rura/  
 Atque humiles habitare casas: & figere ceruos:  
 Hedorumque gregem viridi compellere hibisco.

## AEGLOGA

Mecum vna in filuis imitabere Pana canendo.  
 Pan primus calamos cęra coniungere plures  
 Instituit/Pan curat oues:ouiumq; magistrōs.  
 Nec te pœniteat calamo triuisse labellum:  
 Hęc eadem vt sciret, quid nō faciebat Amyntas?  
 Est mihi disparibus septem compacta cicutis  
 Fistula: Dametas dono mihi quam dedit olim:  
 Et dixit moriens/te nunc habet ista secundum.  
 Dixit Dametas/inuidit stultus Amyntas  
 Pręterea duo:nec tuta mihi valle repono  
 Capreoli:sparsis etiam nunc pelli  
 Bina die siccant ouis vbera/quos tibi seruo.  
 Iam pridem a me illos abducere Testilis orat:  
 Et faciet/quoniam sordent tibi munera nostra.  
 Huc ades o formose puer/tibi lilia plenis  
 Ecce ferunt nymphę calathis/tibi candida Nais  
 Pallentes violas/& summa papauera carpens  
 Narcissum/& florem iungit bene olentis anethi.  
 Tum casia/atq; alijs intexens suauibus herbis  
 Mollia luteola pingit vacinia caltha.  
 Ipse ego cana legam tenera lanugine mala:  
 Castaneasq; nuces:mea quas Amaryllis amabat:  
 Addam cerulea pruna:& honos erit huic q; pomo  
 Et vos o lauri carpam:& te proxima myrte

TERTIA

Sic posite: quoniã suaves miscetis odores.  
 Rusticus es Corydon/nec munera curat Alexis/  
 Nec si muneribus certes/concedet Iolas.  
 Eheu quid volui misero mihi/floribus austrum  
 Perditus/& liquidis immisi fontibus apros.  
 Quẽ fugis ah demens/habitarũt dñi quoq; filias  
 Dardaniusq; Paris/Pallas quas condidit arees  
 Ipsa corat/nobis placant ante omnia syluę.  
 Torua l' cena apum sequitur/lupus ipse capellam/  
 P'ia sum sequitur lasciuia capella/  
 Te a... exi. trahit sua quenc; voluptas.  
 Aspice aratra iugo referunt suspensa iuueni:  
 Et sol crescentes decedens duplicat umbras/  
 Me tamẽ vrit amor. quis em̃ modus adsit amori?  
 Ah Corydon Corydon que te dementia cœpit?  
 Semiputata tibi frondosa vitis in vlmō est.  
 Quin tu aliquid saltẽ potius/quorũ indiget vsus:  
 Viminibus molliq; paras detexere iunco.  
 Inuenies alium/si te hic fastidit Alexis.

AEGLOGE TERTIE ARGVMENTVM

Aegloga Tertiarum nomen Palemon: plena est duorum pastorum  
 emulorum amare contentione: et pastoralium conuictorum exprobra  
 tione: que vniuersa: Palemonis iudicis sententia. componitur.

d Ic mihi Damœta cuiũ pecus? an Melibœi?

Nō. verũ Aegonis: nuper mihi tradidit Aegō

Infœlix o semper ouis pecus/ipse Negram

Me.

Da.

Me.

## AEGLOGA

Dum fouet: ac ne me sibi præferat illa veretur?  
 Hic alienus ouis custos bis mulget in hora:  
 Et succus pecori / & lac subducitur agnis.

Da. Partius ista viris tamen obijcienda memento /  
 Nouimus & qui te transuersa tuentibus hircis:  
 Et quo / sed faciles nymphae risere: facello.

Me. Tum credo: cū me arbutum videre Miconis /  
 Atq; mala vites incidere falce nouellas.

Da. Aut hic ad veteres fagos: cū Dap<sup>inidi</sup> <sup>s arcum</sup>  
 Fregisti: & calamos / que tu peruer<sup>er</sup>  
 Et cum vidisti puero donata /  
 Et si non aliqua nocuisses / mortuus esses.

Me. Quid domini faciēt / audēt cū talia fures?  
 Nonne ego te vidi Damonis pessime caprum  
 Excipere infidijs: multum latrante lycisca?  
 Et cum clamarem: quo nunc se proripit ille?  
 Tityre coge pecus / tu post carecta latebas.

Da. An mihi cantando victus non redderet ille /  
 Quē mea carminibus meruisset fistula caprum?  
 Si nescis meus ille caper fuit / & mihi Damon  
 Ipse fatebatur / sed reddere posse negabat.

Me. Cantando tu illum: aut vnq̄ tibi fistula cera  
 Iuncta fuit: non tu in triujs indocte solebas  
 Stridenti miserum stipula disperdere carmen:

TERTIA

Vis ergo inter nos quid possit vterq; vicissim Da.  
 Experiamur? ego hanc vitulam/ne forte recuses:  
 (Bis venit ad mulctram:binos alit vberē foetus)  
 Depono.tu dic mecum quo pignore certes.

De grege non ausim quicq; deponere tecum. Me.  
 Est mihi nanq; domi pater/est iniusta nouerca/  
 Bisq; die numerant ambo pecus/alter & hēdos.

Verum <sup>id:</sup> quod multo tute ipse fatebere maius  
 (Infat. <sup>ire</sup> libet quoniā tibi) pocula ponam

Fag. <sup>ir</sup> <sup>re</sup> <sup>libet</sup> <sup>quoniā</sup> tibi) pocula ponam  
 Facili superaddita vitis:

Len. <sup>ca</sup> <sup>2</sup> <sup>facili</sup> superaddita vitis:

Diffusos hēdera vestit pallente corymbos.

In medio duo signa/Conon:& quis fuit alter?

Descripsit radio totum qui gentibus orbem/

Tempora quę messor/quę curuator haberet?

Nec dum illis labra admoui/sed condita seruo.

Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit: Da.

Et molli circum est ansas amplexus achanto:

Orpheaq; in medio posuit/siluasq; sequentes/

Nec dum illis labra admoui:sed condita seruo.

Si ad vitulam spectes:nihil est q; pocula laudes.

Nunq; hodie effugies/veniam quocūq; vocaris: Me.

Audiat hæc tantum vel qui venit.ecce Palemon.

Efficiam posthac ne quenq; voce laceffas.

*Oiamh  
 volūtas diuina  
 sero ore p[ro]mpt  
 rafa*



AEGLOGA

- Da. Quin age / si qd habes / in me mora nō erit vlla  
 Nec quenq̄ fugio / tantum vicinæ Palemon  
 Sensibus hec imis (res est non parua) reponas.
- Pa. Dicite quandoquidē in molli cōsedimus herba:  
 Et nunc omnis ager / nunc omnis parturit arbos /  
 Nunc frondent syluę: nunc formosissimus annus.  
 Incipe Dameta / tu deinde sequere Menalca.  
 Alternis dicetis / amant alterna camene.
- Da. Ab Ioue principium musæ: Iouē <sup>sternat</sup> <sup>nia</sup> plena:  
 Ille colit terras / illi mea carmina <sup>plena</sup>
- Me. Et me Phebus amat: Phebus <sup>plena</sup>  
 Munera sunt lauri / & sive rubens hyacinthus.
- Da. Malo me Galatea petit lasciuia puella /  
 Et fugit ad salices / & se cupit ante videri.
- Me. At mihi sese offert vltro meus ignis Amyntas  
 Notior vt iam sit canibus nō Delia nostris.
- Da. Parta mee veneri sunt munera / nanq̄ notavi  
 Ipse locum / aeriḡ quo congefere palumbes.
- Me. Quod potui / puero filuestri ex arbore lecta  
 Aurea mala decem mihi / cras altera mittam.
- Da. O quotiens / & que nobis Galatea locuta est:  
 Partem aliquā venti diuum referatis ad aures.
- Me. Quid p̄dest qd̄ me ipse aīo nō spernis Amynta.  
 Si dum tu sectaris apros / ego retia seruo.

TERTIA

- Phyllida mitte mihi/meus est natalis Iola/<sup>omne valen</sup> Da.  
 Cum faciam vitula pro frugibus ipse venito.  
 Phyllida amo ante alias/nā me discedere fleuit/<sup>o mē valen</sup> Me.  
 Et longum formose vale/vale inquit Iola.  
 Triste lupus stabulis:maturis frugibus imbres:<sup>est pūstus</sup> Da.  
 Arboribus venti/nobis Amaryllidis iræ.  
 Dulce satis humor est/depulsis arbutus hēdis:<sup>o mē valen</sup> Me.  
 Lenta salix foeto pecori:mihi solus Amyntas.  
 Pieris <sup>est pūstus</sup> nostram:quis sit rustica:musam:  
 Pieris <sup>est pūstus</sup> pascite vestro. Da.  
 Pollio <sup>est pūstus</sup> noua carmina:pascite taurū  
 Iam cornu petat:& pedibus qui spargat harenam Me.  
 Qui te Pollio amat:veniat quo te q̄z gaudet.  
 Mella fluant illic:ferat & rubus asper amomum. Da.  
 Qui Bauū non odit:amet tua carmina Meui:  
 Atq; idem iungat vulpes:& mulgeat hircos. Me.  
 Qui legitis flores:& humi nascentia fraga:<sup>moza q̄ h̄arb̄ - as̄t̄</sup> Da.  
 Frigidus:o pueri fugite hinc:latet anguis in herba  
 Parcite oves nimium procedere:non bene ripe  
 Creditur:ipse aries etiam nunc vellera ficcet.<sup>est pūstus</sup> Me.  
 Tityre pascentes a flumine reiſce capellas/<sup>est pūstus</sup> Da.  
 Ipse:ubi tempus erit omnes in fonte lauabo.  
 Cogite oues pueri:si lac preceperit æstus Me.  
 Ut nuper:frustra pressabimus vbera palmis.  
 B



AEGLOGA

Da. Eheu q̄ pingui macer est mihi taurus in aruo:  
 Idem amor exitiū est pecori/pecorisq; magistro.  
 Me. His certe neq; amor cause est/vix ossibus herēt:  
 Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.  
 Da. Dic quib⁹ in terris (& eris mihi magn⁹ Apollo)  
 Tris pateat cœli spatium non amplius vlnas.  
 Me. Dic quibus in terris inscripti nomina regum  
 Nascantur flores/& Phillida solus habeto.  
 Pa. Non nostrū inter vos tantas com  
 Et vitula tu dignus:& hic & qui  
 Aut metuet dulces/aut experietur  
 Claudite iam riuos pueri:sat prata biberunt.

AEGLOGA Q VARTA POLLIO DI

ctur: et Solonini genethliacon cōtinet: quo Saturnia regna redire  
 Nouam progeniem celo demittit: et optima queq; sua sponte  
 e terra nasci vaticinantur.

Icelides musæ paulo maiora canamus:

Non oēs arbuſta iuuant humilesq; miricæ

Si canimus filuas: filue sint consule dignæ

Vltima Cumei venit iam carminis ætas:

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.

Iam redit & virgo: redeunt Saturnia regna:

Iam noua progenies cœlo demittitur alto:

Tu modo nascenti puero: quo ferrea primum

Definet: ac toto surget gens aurea mundo:

Casta faue Lucina/ tuus iam regnat Apollo.

*Handwritten marginal notes in Latin script, including phrases like 'et honesta', 'piane', 'rāminis', 'litate', 'pocata', 'haron', 'rāmmenid', 'talimū', 'miri', 'Licelidas', 'fab', 'ab', 'cas', 'ad', 'pau', 'vora', 'te', 'pa', 'se'.*

## Q VARTA

Teq; adeo decus hoc æui: te consule inibit  
 Pollio/ & incipient magni procedere menses:  
 Te duce: si qua manent sceleris vestigia nostri:  
 Irrita perpetua soluent formidine terras.  
 Ille deum vitam accipiet/ diuisq; videbit  
 Permixtos heroas/ & ipse videbitur illis:  
 Pacatumq; reget patrijs virtutibus orbem.  
 At tibi prima puer nullo munuscula cultu:  
 Errans passim cum baccare tellus:  
 Misse locasia fundet acantho.  
 Ipsa referent distenta capellæ  
 Vbera: nec magnos metuēt armēta leones.  
 Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.  
 Occidet & serpens/ & fallax herba veneni  
 Occidet/ Assyrium vulgo nascetur amomū.  
 At simul heroum laudes/ & facta parentis  
 Iam legere: & que sit poteris cognoscere virtus.  
 Molli paulatim flauescet campus arista/  
 Incultisq; rubens pendebit sentibus vua.  
 Et dure quercus sudabunt roscida mella.  
 Pauca tamen suberunt priscae vestigia fraudis.  
 Quę tentare Tethin ratibus/ quę cingere muris  
 Oppida/ quę iubeant telluri infindere sulcos.  
 Alter erit tum Typhis/ & altera quę vehat Argo

B ij

## AEGLOGA

Delectos heroas/erunt etiam altera bella.  
 Atq; iterum ad Troiam magnus mitteſ Achylles.  
 Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas:  
 Cedet & ipſe mari vector/nec nautica pinus  
 Mutabit merces:omnis feret omnia tellus:  
 Non raſtros patietur humus/non vinea faltem.  
 Robuſtus quoq; iam tauris iuga ſoluet arator:  
 Nec varios diſcet mentiri lana colores.  
 Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rub  
 Murice:iam croceo mutabit veſ  
 Sponte ſua ſandix paſcentes ven  
 Talia ſecla ſuis dixerunt currite fuſis  
 Concordes ſtabili fatorum numine Parce.  
 Aggredere o magnos aderit iam tempus:honores  
 Chara deum ſoboles:magnū Iouis incrementū.  
 Aspice conuexo nutantem pondere mundum:  
 Terrasq; tractuſq; maris:coelumq; profundum.  
 Aspice venturo letentur vt omnia ſeclo.  
 O mihi tam longe maneat pars vltima vitæ  
 Spiritus:& quantū ſat erit tua dicere facta:  
 Mon me carminibꝰ vincet nec Thraſius Orpheus  
 Nec Linus:huic mater quīſ:atq; huic pater adſit/  
 Orphi Calliopeia:Lino formoſus Apollo.  
 Pan etiam Arcadia mecum ſi iudice certet

Q VINTA

Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum.

Incipe parue puer risu cognoscere matrem:

Matri longa decem tulerint fastidia menses.

Incipe parue puer: cui non risere parentes.

Nec deus hunc mensa: dea nec dignata cubili est.

AEGLOGA Q VINTA PASTORES

duos ad delectationē canentes cōplectitur: Daphnū carmine  
epitaphiōq; defendo: inuicem et se laudant: cedunt. et mune  
ribus condonant: qui etiam Aegloge nomen imponit.

*c* *Vr* *nō* Mopse boni: qm̄ cōuenimus ambo: Me.

*c* *Vr* *nō* Mopse inflare leues: ego dicere versus:  
Hicce *c* *Vr* *nō* Mopse ter confedimus vltimos.

Tu maior/tibi me est equum parere Menalca. Mop.

Siue sub incertas zephyris motantibus vmbra:

Siue antro potius succedimus: aspice vt antrum

Siluestris raris sparfit labrusca racemis.

Mōtibus in nostris solum tibi certet Amyntas. Me.

Quid: si idem certet Phegū superare canendo? Mop.

Incipe Mopse prior: si quos aut Phillidis ignes: Me.

Aut Alconis habes laudes/aut iurgia Codri.

Incipe: pascentes seruabit Tityrus hædos.

Immo hec in viridi nuper quæ cortice fagi Mop

Carmina descripsi: & modulans alterna notauī:

Experiar: tu deinde iubeto certet Amyntas.

Lenta falix quantū pallenti cedit oliuæ: Me.

Puniceis humilis quantū saliunca rosetis:

B iij

## AEGLOGA

Mop.

Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.  
 Sed tu desine plura puer, successimus antro.  
 Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim  
 Flebant. vos coryli testes / & flumina / nymphis.  
 Cum complexa sui corpus miserabile nati:  
 Atq; deos / atq; astra vocat crudelia mater.  
 Non vlli pastos illis egere diebus  
 Frigida daphni boues ad flumina: nulla, neq; amne  
 Libavit quadrupes: nec graminis, abam.  
 Daphni tuum Pœnos etiam, ones  
 Interitum / montesq; feri siluæq; equi, t.  
 Daphnis & Armenias curru subinngere tygres  
 Instituit / Daphnis thiasos inducere Baccho /  
 Et folijs lentas intexere mollibus hastas.  
 Vitis vt arboribus decori est / vt vitibus vuæ /  
 Vt gregibus tauri / segetes vt pinguibus aruis /  
 Tu decus omne tuis postq; te fata tulerunt /  
 Ipsa pales agros / atq; ipse reliquit Apollo,  
 Grandia sæpe quibus mandauimus hordea sulcis  
 Infœlix lolium / & steriles dominantur auenæ  
 Pro molli viola / pro purpureo narcisso:  
 Carduus / & spinis surgit palliurus acutis.  
 Spargite humū folijs / inducite fontibus vmbas  
 Pastores / mandat fieri sibi talia Daphnis /

Q V I N T A

Et tumulum facite / & tumulo superaddite carmē:  
 Daphnis ego in syluis hinc vsq; ad sydera notus:  
 Formosi pecoris custos / formosior ipse.

Tale tuum carmen nobis diuinæ poeta.

Me.

Quale sopor fessis in gramine: quale per æstum  
 Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.  
 Nec calamis solum equiparas: sed voce magistrū  
 Fortunatē puer: tu nunc eris alter ab illo,  
 Nost<sup>amē</sup> hęc o<sup>ciū</sup>q; modo tibi nostra vicissim  
 Dicē<sup>m</sup> q; tuum tollemus ad astra:  
 Daphn<sup>m</sup> em? amauit nos q; Daphnis  
 An quicq; nobis tali sit munere maius?

Et puer ipse fuit cantari dignus: & ista

Mop

Iam pridem Stimichon laudauit carmina nobis.

Candidus insuetum miratur limen olympi:

Me.

Sub pedibusq; videt nubēs: & sydera Daphnis.

Ergo alacris siluas: & cætera rura voluptas:

Panaq; pastoresq; tenet: Driadasq; puellas.

Nec lupus insidias pecori: nec retia ceruis

Vlla dolum meditant: amat bonus otia Daphnis.

Ipsi læticia voces ad sydera iactant

Intonsi montes: ipse iam carmina rupes:

Ipsa sonant arbusta: deus deus ille Menalca.

Sis bonus o foelixq; tuis: en quattuor aras:

## AEGLOGA

Ecce duas tibi Daphni: duoq; altaria Phębo.  
 Pocula bina nouo spumantia lacte quot annis  
 Craterasq; duos statuam tibi pinguis oliui:  
 Et multo imprimis hilarans conuiuia Baccho:  
 Ante focum si frigus erit: si messis: in vmbra.  
 Vina nouum fundam calathis aruifia nectar.  
 Cantabunt mihi Dametas: & Liccius Aegon:  
 Saltantes Satyros imitabitur Alphefibe<sup>us</sup>.  
 Hęc tibi semper erunt: & cum sole <sup>in</sup> <sup>ia</sup> <sup>vota</sup>  
 Reddemus nymphis: & cum <sup>l</sup> <sup>gros</sup>  
 Dum iuga mōtis aper: fluui<sup>o</sup> <sup>p</sup> <sup>at</sup> <sup>abit</sup>:  
 Dumq; thymo pascentur apes/dum rore cicadę  
 Semper honos: nomēq; tuū: laudesq; manebunt.  
 Vt Baccho: Cereriq; tibi sic vota quotannis  
 Agricoleq; facient: damnabis tu quoq; votis.

Mop.

Quę tibi/que tali reddam pro carmine dona/  
 Nam neq; me tantum venientis sibilus austru:  
 Nec percussa iuuant fluctu tam littora: nec que  
 Saxofas inter decurrunt flumina valles.

Me.

Hac te nos fragili donabimus ante cicuta:  
 Hęc nos formosum Corydon ardebit Alexim/  
 Hęc eadem docuit cuium pecus an Melibœi?

Mop.

At tu fume pedum/quod me cū sæpe rogaret  
 Non tulit Antigenes: & erat tum dignus amari/

SEXTA

Formosum paribus nodis atq; ere Menalca.  
AEGLOGA SEXTA SILENVS VO

cata: sectam Epicuream de mundi ortu: turpes Pasiphaes cons  
cubitus et alia multa: Sileni cantilena exprimit: quibus  
auditozem varia aspergit voluptate.

p Rima Siracusio dignata est ludere versu  
Nostra: nec erubuit silvas habitare thalia.  
Cum canerem reges: & praelia: Cynthus aurem  
Vellit/ & admonuit pastorem Tityre pingues  
Pascere oportet oues/ deductum dicere carmen.  
Nun ego super tibi erunt: qui dicere laudes:  
Varre. (& tristia condere bella)  
Agreste labor arundine musam.  
Non iniussa cano/ si quis tñ hec q; / si quis  
Captus amore leget/ te nostrę Varre Myricę  
Te nemus omne canet/ nec Phębo gratior vlla est:  
Qm sibi: que Varri prescripsit pagina nomen.  
Pergite Pierides/ Chromis et Mnasilus in antro  
Silenum pueri somno videre iacentem  
Inflatum hesternis venas/ vt semper: hiaccho/  
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant:  
Et grauis attrita pendeat cantarus ansa.  
Aggressi (nam sepe senex spe carminis ambos  
Luserat) iniiciunt ipsis ex vincula fertis.  
Addit se sociam/ timidifq; superuenit Aegle  
Aegle Naiadum pulcherrima: iamq; videnti

C



AEGLOGA

Sanguineis frontem moris: & tempora pingit.

Ille dolum ridens/quo vincula necitis inquit:

Soluite me pueri/fatis est potuisse videri.

Carmina que vultis cognoscite/carmina vobis:

Huic aliud mercedis erit /simul incipit ipse.

Tum vero in numerum Faunosque ferasque videres

Ludere/tum rigidas motare cacumina quercus.

Nec tantum Phœbo gaudet et Parnasia ripas:

Nec tantum Rhodope miratur:& Idaea<sup>is</sup> Ophiœas:

Quantum ois mundus gaudet canere

Namque canebat vti magnam per

Semina: terrarumque animaque: marisque fuissent:

Et liquidi simul ignis/vt his exordia primis

Omnia:& ipse tener mundi concreuerit orbis:

Tum durare solum:& discludere Nerea ponto

Cœperit:& rerum paulatim sumere formas.

Iamque nouum terrae stupeant:lucescere solem:

Altius:atque cadant summotis nubibus hymbres.

Incipiant siluæ cum primum surgere:cumque

Rara per ignotos errent animalia montes.

Hinc lapides Pirrhæ iactos:Saturnia regna:

Caucasæaque refert volucres:furtuque Promethei.

His adiungit Hylam naute quo fonte relictum

Clamassent:vt littus Hyla Hyla omne sonaret.

*Post disscipulum  
habulactos  
postquam  
habulactos  
est  
non duntaxat  
est dicitur  
quod peruenit  
tempore  
postquam  
quod in gremio  
solent esse  
non peruenit  
dicitur*

SEXTA

Et fortunatam / si nunq̄ armenta fuissent:  
 Pasiphaen / niuei solatur amore iuueni.  
 Ah virgo infœlix quę te dementia cœpit?  
 Proetides implerunt falsis mugitibus agros.  
 At non tam turpes pecudum tamen vlla secuta est  
 Concubitus / quīs collo timuisset aratrum:  
 Et sæpe in leui quesisset cornua fronte.  
 Ah virgo infœlix: tu nunc in montibus erras:  
 Ille laurus in reur a molli fultus hyacintho  
 Illic <sup>in</sup> ~~in~~ ruminat herbas /  
 Aut ~~in~~ sequit grege / claudite niphæ  
 Dicteꝝ nymphæ nemorū iam claudite saltus /  
 Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris  
 Errabunda bouis vestigia / forsitan illum  
 Aut herba captum viridi / aut armenta secutum  
 Perducant aliquę stabula ad cortynia vaccę.  
 Tum canit Hesperidum miratam mala puellam:  
 Tum Phætoniadas musco circundat amare  
 Corticis / atq; solo proceras erigit alnos.  
 Tum canit errantē Permessi ad flumina Gallum  
 Aonasin montes vt duxerit vna sororum:  
 Vtq; viro Phœbi chorus assurrexerit omnis.  
 Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor  
 Floribus / atq; apio crines ornatus amaro

C ij

## AEGLOGA

Dixert/hos tibi dant calamos: en accipe musæ:  
 Ascraeo quos ante feni/quibus ille solebat  
 Cantando rigidas deducere montibus ornos.  
 His tibi Grynei nemoris dicatur origo/  
 Ne quis sit lucus/quo se plus iactet Apollo.  
 Quid loquar: aut Scillā Nisi/quā fama secuta est  
 Candida succinctā latrantibus inguina monstris  
 Dulichias vexasse rates? & gurgite in alt<sup>o</sup>  
 Ah timidos nautas canibus lacera<sup>te</sup> *Temarinas;*  
 Aut vt mutatos Terei narrauerit  
 Quas illi Philomela dapes, *parit?*  
 Quo cursu deserta petiuerit? & quibus ante  
 Infelix sua tecta superuolitauerit alis?  
 Omnia quæ Phœbo quondā meditante beatus  
 Audñt Eurotas/iussitq; ediscere lauros.  
 Ille canit/pulsę referunt ad sydera valles.  
 Cogere donec oues stabulis: numerumq; referre  
 Iussit: & inuito processit vesper olympo.

### AEGLOGA SEPTIMA QVE THIR

sis aut Delibeus nosatur: pastor: ū duorū acré canit cōtentio: sed nō  
 amaram: cuius a Daphnide Delibeus iuder constitutus  
 Thirsim frustra contendere pronunciat.

Me.

f Orte sub arguta confederat ilice Daphnis  
 Compulerātq; greges Corydon et Thyrsis i vnū  
 Thyrsis oues: Corydon distentas lacte capellas:  
 Ambo florentes ætatibus: Arcades ambo:

SEPTIMA

Et cantare pares/ & respondere parati.  
 Hic mihi/ dum teneras defendo a frigore myrtos/  
 Vir gregis ipse caper deerrauerat/ atq; ego Daphnī  
 Aspicio: ille ubi me contra videt/ otius inquit  
 Huc ades o Melibœe/ caper tibi saluus/ & hœdi/  
 Et si quid cessare potes/ requiesce sub vmbra/  
 Huc ipsi potum venient per prata iuueni.  
 Hic viri <sup>dis</sup> ~~st~~ <sup>st</sup> ~~era~~ <sup>era</sup> pretextit arundine ripas.  
 Min <sup>st</sup> ~~st~~ <sup>st</sup> ~~era~~ <sup>era</sup> sacra resonant examina quercu.  
 Q <sup>st</sup> ~~st~~ <sup>st</sup> ~~era~~ <sup>era</sup> Alcipē nec Phillida habebā  
 Depulso a lacte domi que clauderet agnos:  
 Et certamē erat Corydon cū Thyrside magnū  
 Posthabui tamen illorum mea seria ludo:  
 Alternis igitur contendere versibus ambo  
 Cœpere/ alternos musæ meminisse volebant/  
 Hos Corydon/ illos referebat in ordine Thyrsis.  
 Nymphę noster amor libetrides/ aut mihi carmē  
 Quale meo Codro cōcedite/ proxima Phœbi  
 Versibus ille facit/ aut si non possumus omnes/  
 Hic arguta sacra pendeat fistula pinu.  
 Pastores hædera crescentem ornate poetam  
 Arcades/ inuidia rumpantur vt ilia Codro/  
 Aut si vltra placitum laudarit/ baccare frontem  
 Cingite/ ne vati noceat mala lingua futuro.

Co.

Ti.



AEGLOGA

- Co.           Setosi caput hoc apri tibi Delia/paruus  
 Et ramosa Micon viuacis cornua cerui.  
 Si proprium hoc fuerit/leui de marmore tota  
 Puniceo stabis furas euincta cothurno.
- Ti.           Sinum lactis/& hec te liba Priape quotannis  
 Expectare fat est/custos es pauperis horti.  
 Nunc te marmoreum pro tempore fecimus/at tu  
 Si fœtura gregem suppleuerit/aureus esto.
- Co.           Nerine Galathea: thymo mihi da yble!  
 Candidior cygnis/hedera for  
 Cum primum pasti repetent: præcipiat tui/  
 Si qua tui Corydonis habet te cura/venito.
- Ti.           Immo ego fardonis videar tibi amarior herbis:  
 Horridior rusco/proiecta vilior alga:  
 Si mihi non hec lux toto iam longior anno est.  
 Ite domū pasti: si quis pudor/ite iuueni.
- Co.           Muscosi fontes:& somno mollior herba/  
 Et que vos rara viridis tegit arbutus umbra/  
 Solsticium pecori defendite/iam venit æstas  
 Torrida/iam læto turgent in palmite gemmæ.
- Ti.           Hic focus:& thedæ pingues/hic plurimus ignis  
 Semper:& assidua postes fuligine nigri:  
 Hic tantum boreæ curamus frigora/quantum  
 Aut numerum lupus/aut torrentia flumina ripas.

OCTAVA

Stant & iuniperi / & castaneæ hirsutæ: Co.

Strata iacent passim sua queq; sub arbore poma:

Omnia nunc rident, at si formosus Alexis

Montibus his abeat / videas & flumina sicca.

Aret ager / vitio moriens fitit aeris herba. Ti.

Liber pampineas inuidit collibus vmbas:

Phyllidis aduentu nostre nemus omne virebit /

*Iuppiter & leto descendet plurimus imbri.*

*Pe* ~~mult~~ acide gratissima / vitis Iaccho: Co.

For ~~...~~ teneri: sua laurea Phœbo:

Phyllis a ~~...~~ corylos / illas dum Phyllis amabit

Nec myrtus vincit corylos: nec laurea Phœbi.

Fraxinus in siluis pulcherrima: pinus in hortis: Ti.

Populus in fluuijs: abies in montibus altis.

Sepius at si me Lycida formose reuifas:

Fraxinus in siluis cedit tibi / pinus in hortis.

Hec memini / & victū frustra cōtēdere Thijrsim Me.

Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

**AEGLOGA OCTAVA DVABVS AB-**  
solutur partibus. Prima amatoris in amore decepti nō sine commis-  
 seratione pponit querimonias: cui titulus Damon est. Reliqua mulie-  
 re quibusdam sacris magicis: coniugis mentem sanam auertente: des-  
 lectat. Et illi Pharmaceutria titulus.

p Astorū musam Damonis & Alphefibeī:

Immemor herbarū quos est mirata iuuēca

Certantes / quorū stupefactæ carmine lynces:

Et mutata suos requierunt flumina cursus:

## AEGLOGA

Damonis musam dicemus: & Alpheſibœi.  
 Tu mihi ſeu magni ſuperas iam ſaxa Timauſi/  
 Siue oram Illyrici legis æquoris/en erit vnq̄  
 Ille dies: mihi cū liceat tua dicere facta:  
 En erit/vt liceat totū mihi ferre per orbem:  
 Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.  
 A te principium/tibi deſinet, accipe iuſſis  
 Carmina cepta tuis/atq; hanc ſine <sup>tempore</sup> <sup>ora</sup> circū  
 Inter victrices hederam tibi ſerpente  
 Frigida vix cœlo noctis dece  
 Cum ros in tenera pecori gratiſſimus verba eſt  
 Incumbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ,  
 Da. Nascere/preq; diem veniens age lucifer almū:  
 Coniugis indigno Nyſæ deceptus amore  
 Dum queror:& diuos (quanq̄ nil teſtibus illis  
 Profeci) extrema moriens tamen alloquor hora.  
 Incipe Menalios mecum mea tibia verſus.  
 Menalus: argutumq; nemus: pinosq; loquentes  
 Semper habet: ſemper paſtorū ille audit amores:  
 Panaq; /qui primus calamos non paſſus inertes.  
 Incipe Menalios mecum mea tibia verſus.  
 Mopſo Nyſa datur/quid non ſperemus amantes:  
 Iungentur iam gryphes equis æuoq; ſequenti  
 Cum canibus timidi venient ad pocula damne.

## OCTAVA

Mopse nouas incide faces/tibi ducitur vxor:  
 Sparge marite nuces:tibi deserit hesperus Oetam.  
 Incipe Męnalios mecum mea tibia versus.  
 O digno coniuncta viro/dum despicias omnes:  
 Dumq; tibi est odio mea fistula/dumq; capelle  
 Hirsutumq; supercilium/prolixaq; barba:  
 Nec curare deum credis mortalia quenq̄.  
 Incipe Męnalios mecum mea tibia versus.  
 Sepibus <sup>in nigr</sup> tris paruam te roscida mala/  
 Dixi <sup>eram</sup> /vidi cum matre legentem:  
 Alia <sup>rum</sup> tum me iam ceperat annus:  
 Iam fragiles poteram a terra contingere ramos:  
 Ut vidi:ut perij:ut me malus abstulit error.  
 Incipe Męnalios mecum mea tibia versus.  
 Nunc scio quid sit amor/duris in cotibus illum  
 Ismarus:aut Rhodope:aut extremi Garamantes:  
 Nec nostri generis puerum/nec sanguinis edunt.  
 Incipe Męnalios mecum mea tibia versus.  
 Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem  
 Commaculare manus/crudelis tu quoq; mater.  
 Crudelis mater magis:an puer improbus ille:  
 Improbus ille puer:crudelis tu quoq; mater.  
 Incipe Męnalios mecum mea tibia versus.  
 Nunc & oues vltro fugiat lupo/aurea dure





## AEGLOGA

Mala ferunt quercus/narcisso floreat alnus.  
 Pinguia corticibus sudent electra miricæ.  
 Certent & cygnis vlulę/fit Tityrus Orpheus:  
 Orpheus in siluis/inter delphinas Arion.  
 Incipe Menalios mecum mea tibia versus.  
 Omnia vel medium fiant mare: viuite syluæ:  
 Preceps aerei specula de montis in vndas  
 Deferar/ extremū hoc munus morientis habeto.  
 Desine Menalios iam desine tibia <sup>versus</sup>  
 Hec Damon. vos que responderit  
 Dicite Peierides/non omnia p  
 Effer aquā/& molli cinge hæc altaria vitta:  
 Verbenasq; adole pingues/& mascula thura/  
 Coniugis: vt magicis fanos auertere sacris  
 Experiar sensus/nihil hic nisi carmina defunt.  
 Ducite ab vrbe domū mea carmīa ducite Daphnī  
 Carmina vel cœlo possunt deducere lunam:  
 Carminibus Circe socios mutauit Vlixis.  
 Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.  
 Ducite ab vrbe domū mea carmīa ducite Daphnī  
 Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore  
 Litia circundo/terq; hec altaria circum  
 Effigiem duco/numero deus impare gaudet.  
 Ducite ab vrbe domū mea carmīa ducite Daphnī

Al.



## OCTAVA

Neſte tribus nodis ternos Amarylli colores:  
 Neſte Amarylli mō / & veneris dic vinculo neſto.  
 Ducite ab vrbe domū mea carmīa ducite Daphnī  
 Limus vt hic dureſcit / & hec vt cęra liqueſcit  
 Vno: eodemq; igni / ſic noſtro Daphnis amore.  
 Sparge molā / & fragiles incende bitumine lauros.  
 Daphnis me malus vrit: ego hāc i Daphnide laurū  
 Ducite ab vrbe domū mea carmīa ducite Daphnī  
 Talis amor: Daphnim: qualis cū feſſa iuuenicum  
 Perſeſſos altos querendo buccula lucos /  
 Propter ſeſſos in viridi procunbit in herba  
 Perdita nec ſereq; meminit decedere nocti:  
 Talis amor teneat: nec ſit mihi cura mederi.  
 Ducite ab vrbe domū mea carmīa ducite Daphnī  
 Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit  
 Pignora chara fui: que nunc ego limine in ipſo  
 Terra tibi mando: debent hęc pignora Daphnim  
 Ducite ab vrbe domū mea carmīa ducite Daphnī  
 Has herbas: atq; hec ponto mihi lecta venena  
 Ipſe dedit Meris / naſcunt plurima ponto.  
 His ego ſepe lupum fieri: & ſe condere ſiluis  
 Merin: ſepe animas imis exire ſepulchris;  
 Atq; ſatas alio vidi traducere meſſes.  
 Ducite ab vrbe domū mea carmīa ducite Daphnī

## AEGLOGA

Fer cineres Amarylli foras/riuoq; fluenti  
 Transq; caput iace:ne respexeris/his ego Daphnī  
 Aggrediar/nihil ille deos/nil carmina curat.  
 Ducite ab vrbe domū mea carmīa ducite Daphnī.  
 Aspice corripuit tremulis altaria flammis  
 Sponte sua dum ferre moror/cinis ipse/bonū sit.  
 Nescio:quid certe est /& hylas in limine latrat:  
 Credimus:an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?

Parcite:ab vrbe venit:īā parcite carmīa: Daphnis.  
**AEGLOGA NONA MEF**  
latur Rusticos dnos mutationē rerum d  
 dum alter agro super amisso suas deslet h  
 bulandum cantandi carminis querantur opp

Li.  
Me.

q Vote Meri pedes:an quo via ducit in vrbe?  
 O Lycida viui peruenimus:aduena nostri:  
 Quod nunq; veriti sumus:vt possessor agelli  
 Diceret/hac mea sunt/veteres migrare coloni.  
 Nunc victi tristes/quoniā fors omnia versat:  
 Hos illi(quod nec bene vertat)mittimus hēdos.

Me.

Certe equidē audierā/qua se subducere colles  
 Incipiunt:molliq; iugum demittere cliuo  
 Vsq; ad aquā/& veteres iam fracta cacumina fagi:  
 Omnia carminibus vestrum seruasse Menalcā.

Me.

Audieras:& fama fuit:sed carmina tantum  
 Nostra valent: Lycida tela inter martia/quantū  
 Chaonias dicunt aquila veniente columbas.

NONA

Q̄d nisi me quacunq̄ nouas incidere lites  
 Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix:  
 Nec tuas hic Meris/nec uiueret ipse Menalcas.

Li.

Heu cadit in quenq̄ tantū scelus/heu tua nobis  
 Pene simul tecum solatia rapta Menalca/  
 Quis caneret nimp̄has? q̄s humū florētib⁹ herbis  
 Spargeret/aut viridi fontes induceret vmbra/  
 Vei que <sup>sub</sup>legi tacitus tibi carmina nuper/  
 Cum te <sup>ad</sup> ~~ferres~~ Amaryllida nostras:  
 Tit ~~reuis~~ est via: pasce capellas:  
 Et pota ~~partas~~ age Tityre:& inter agendum  
 Occurrere capro: cornu ferit ille: caueto.

Immo hec que Varro necdū perfecta canebat  
 Varre tuum nomen (superet modo Mantua nobis  
 Mantua ve misere nimium vicina Cremonē)  
 Cantantes sublime ferent ad sydera cygni.

Me.

Sic tua Cyrneās fugiant examina taxos:  
 Sic cythiso pastæ distentent vbera vaccæ  
 Incipe si quid habes:& me fecere poetam  
 Pierides:sunt & mihi carmina:me quoq̄ dicunt  
 Vatem pastores/sed non ego credulus illis.  
 Nam neq̄ adhuc Vario videor nec dicere Cinna  
 Digna:sed argutos inter strepere anser olores.

Li.

Id quidē ago:& tacit⁹ Lycida mecū ipse voluto:

Me.

D

AEGLOGA

Si valeam meminisse / neq; est ignobile carmen.  
 Huc ades o Galathea: quis est nam ludus in vndis/  
 Hic ver purpureum / varios hic flumina circum  
 Fundit humus flores: hic candida populus antro  
 Imminet / & lentæ texunt vmbacula vites.  
 Huc ades / infani feriant sine littora fluctus.

Li.

Quid? quæ te pura solum sub nocte canentem  
 Audieram / numeros memini si verba tenerem.

Me.

Daphni quid antiquos signor <sup>apricis ortus:</sup>  
 Ecce Dyonei processit Cæsar  
 A strum quo segetes gauderent <sup>magis:</sup> quo  
 Duceret apricis in collibus vva colorem.

Inferè Daphni puros: carpent tua poma nepotes/  
 Omnia fert ætas / animū quoq; sæpe ego longos  
 Cantando puerum memini me condere soles.

Nunc oblita mihi tot carmina / vox q; Mœrin  
 Iam fugit ipsa / lupi Mœrin videre priores.

Li.

Sed tamen ista satis: referet tibi sæpe Menalcas.  
 Causando nostros in longum ducis amores.

Et nunc omne tibi stratum silet equor: & omnes  
 Aspice: ventosi ceciderunt murmuris aure:

Hinc adeo media est nobis via / nanq; sepulchrum  
 Incipit apparere Bianoris: hic vbi densas

Agricole stringunt frondes: hic Mœri canamus

## DECIMA

Hic hedos depone: tamen veniemus in urbem.

Aut si nox pluuiam ne colligat ante veremur

Cantantes licet vsq; (minus via lædet) eamus

Cantantes vt eamus/ego hoc te fasce leuabo.

Desine plura puer; & quod nunc instat agamus: Me.

Carmina tum melius/cum venerit ipse: canemus.

**AEGLOGA DECIMA GALLI AMAN-**

*tis summa inconstantia leuitateq; describit: vt que tam seuerè paulo ante decreuerat: mor benitus damnet: A quo et sibi sortitur nomen.*

**e** huc Arethusa mihi cōcede laborē

Gallo: sed que legat ipsa Licoris

Carmina aut agenda/neget quis carmina Gallo?

Sic tibi cōfluctus subterlabere Sicanos

Doris amara suā non intermisceat vndam.

Incipe sollicitos Galli dicamus amores/

Dum tenera attondent fimeq; virgulta capellæ

Non canimus surdis/respondent omnia siluæ

Que nemora: aut qui vos saltus habuere puellæ

Naiades indigno cū Gallus amore periret:

Nam neq; Parnasi vobis iuga/nam neq; Pindi

Vlla moram fecere/neq; Aonie Aganippe:

Illum etiam lauri/etiam fleuere mirice

Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem

Menalus: & gelidi fleuerunt saxa Licei/

Stant & oues circum/nostri nec poenitet illas:

D ij

## AEGLOGA

Nec te poeniteat pecoris diuinæ poeta.  
 Et formosus ouis ad flumina pauit Adonis/  
 Venit & vpilio/tardi venere subulci:  
 Vuidus hyberna venit de glande Menalcas:  
 Omnes vnde amor iste rogant /tibi venit Apollo  
 Galle quid insanis inquit/tua cura Licoris:  
 Perq; niues alium perq; horrida castra secuta est.  
 Venit & agresti capitis Siluanus honoris/  
 Florentes ferulas & grandia lilia  
 Pan deus Arcadię venit/quę vi  
 Sanguineis ebuli baccis/minioq; rubet  
 Et quis erit modus inquit? amor non talia curat.  
 Nec lachrymis crudelis amor/nec gramina riuus/  
 Nec cythifo saturantur apes/nec fronde capellæ.  
 Tristis at ille tamen cantabitis Arcades inquit  
 Montibus hæc vestris:foli cantare periti  
 Arcades/o mihi tum q̄ molliter ossa quiescent  
 Vestra meos olim si fistula dicat amores.  
 Atq; vtinam ex vobis vnus/vestriq; fuisssem  
 A ut custos gregis/aut mature vinitor vuæ  
 Certe siue mihi Phyllis siue esset Amyntas  
 Seu quicunq; furor. quid tum si fuscus Amyntas/  
 Et nigræ violę sunt/& vacinia nigra/  
 Mecum inter falices lenta sub vitę iaceret/

## DECIMA

Serta mihi Phyllis legeret/cantaret Amyntas  
 Hic gelidifontes/hic mollia prata Lycori/  
 Hic nemus/hic ipso tecum consumerer æuo.  
 Nunc infanus amor duri me martis in armis  
 Tæla inter media/atq; aduersos detinet hostes.  
 Tum procul a patria/nec fit mihi credere tantum  
 Alpinas ah dura niues & frigora Rheni  
 Me sine sola vides. ah te ne frigora ledant/  
 Ah tibi metus glacies fecet aspera plantas.  
 Ibo. e sunt mihi condita verfu  
 Carminis pastoris Siculi modulabor auena.  
 Certū est in syluis inter spelæa ferarum  
 Malle pati/tenerisq; meos incidere amores.  
 Arboribus/crescent ille/crescetis amores.  
 Interea mixtis lustrabo Menalanympis/  
 Aut acres venabor apros/non me vlla vetabunt  
 Frigora Parthenios canibus circundare saltus.  
 Iam mihi per rupes videor/lucosq; sonantes  
 Ire:libet Partho torquere cydonia cornu  
 Spicula:tanq̄ hęc fit nostri medicina furoris.  
 Aut deus ille malis hominū mitescere discat.  
 Iam neq; amadryades rursus:nec carmina nobis  
 Ipsa placent/ipse rursus concedite syluæ.  
 Non illum nostri possunt mutare labores/

D iij



## AEGLOGA

Nec si frigoribus medijs Hebrumq; bibamus:  
Scythontasq; niues hyemis subeamus aquosæ  
Nec si cum moriens alta liberaret in vlmo/  
Aethiopum versemus oues sub sydere cancri.  
Omnia vincit amor: & nos cedamus amori.  
Hæc faterit diuæ vestrum cecinisse poetam.  
Dum cedit/ & gracili viscellam texit hibisco.  
Pierides/ vos hec facietis maxima <sup>Galle</sup>  
Gallo/ cuius amore tantum mihi <sup>in b</sup> <sup>oras:</sup>  
Quantum vere nouo viridis se  
Surgamus/ solet esse grauis cantantibus vmbra.  
Iuniperi grauis vmbra/ nocet & frugibus vmbre:  
Ite domum fature venit hesperus/ ite capelle.

FINIS.

P. VERGILII MARONIS HORTU  
LVS CARMINE IAMBICO.

trimetro conscriptus.

a Deste musæ maxime proles Iouis/  
Laudem feracis prædicemus hortuli.  
Hortus salubres prebet corpori cibos/  
Variosq; cultus sæpe cultori refert.  
Holis suaue/ multiplex herbæ genus/  
Vuas nitentes/ atq; foetus arborum/  
Non deficit hortis & voluptas maxima.

Multifq; commixa modis iucunditas.  
Atq; strepentis vitreus ambit liquor  
Sulcoq; ductus irrigat riuus fata:  
Flores nitescunt discolore gramine  
Pinguntq; terras gemmeis honoribus  
Apes susurro murmurant gratæ leni  
Cum summa florum vel nouos rores legunt:  
Fœcunda vitis coniuges vltimos grauat:  
Textatq; prærat pampinus harundines.  
Opæq; lætae flores vmbacula,  
Præhibetq; æque feruidum solem comis.  
Aues canoros garrulæ fundunt sonos.  
Et semper aures cantibus mulcent suis.  
Oblectat hortus: auocat: pascit: tenet:  
Animoq; mœsto demit languores graues:  
Membris vigorem reddit / & visus capit:  
Refert labori plenior gratiam:  
Tribuit colenti multiforme gaudium.

Vides amande Lector Vergilij Bucolica cū argu-  
mentis breuissimis: Aeglogarum capitibus premi-  
ssis: emendatiōe accurata Magistri Ioannis has de  
Graytz limata: Impēsifq; & industria Iacobi Than-  
ners impressorie artis peritissimi: sub Anno duoz  
decimo supra Millesimum quingentesimum / tertia  
Septembris mensis die: pressa: que si equo cœperis  
anio: suscipiēdi laboris durioris facile eris occasio.


Mille commixta modis succundias  
Atq; strepens vitreus ardor liquor  
Sulcor ductus hinc hinc hinc hinc  
Fores nitescunt de calore gramine  
Pinguis terras gemmas honoribus  
Aper hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
Gemma hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
Iocundus hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
Tunc hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
Oportet hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
Pinguis hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
Aurea hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
Hic hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
Oportet hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
Animos hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
Membris hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
Raret hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
Tribuit hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
Vides hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
mens hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
Glyx hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
mens hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
Scentibus hinc hinc hinc hinc hinc hinc  
hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc



Aug  
Anim  
Spir  
ria

temini. Nam sicut fulgur coru  
... ab caelo sunt fulgura ita erit  
... Primum aut oportet illum multu  
... ratione hac. **S**ic factum est in diebus  
... diebus filii hominis edebant  
... dacebant et dabantur aduocatos  
... qua in omni die in aeternum  
... omni die. Simili. sic factum est in diebus  
... et bibebant et uidebant  
... aedificabant. Quae die aut  
... ignem et sulphur decast  
... **E**odidit. **S**ic  
... quae die filius hominis  
... qui fuerit in tecto & uasaei in domo non deiciant  
... collere illa et qui in agro similiter non redire retro. **E**  
... more est ore uxoris loth. Quicumque  
... saluam facere potest illam et quicumque  
... uiuificabit eam. **D**ico uobis. In illa nocte erunt  
... lecto uno unus assumetur et alter relinquetur.  
... erunt molentes in unum una assumetur et altera  
... relinquetur. **D**uo in agro unus assumetur et alter  
... relinquetur. **R**espondentes dicunt illi. **U**bi dñe. **C**hudi  
... ubi cumq; fuerit corp' illuc con  
... uile. **D**icebat aut et parabolam ad illos. **Q**ui  
... semper orare et non deficere dicens. **I**udex  
... in quadam ciuitate quidam non timebat et homi  
... em non reuererebatur. **U**idua aut quaedam  
... ciuitate illa et uenit ad







**P. Vergilij Maro**  
nis Mantuani Carmen Bu-  
colicum: decem Aegloga-  
rum opus.

GILIVS DE SEIPSO

M. ... is romanum nescit Homerum  
o credat vtrunq; sibi.  
Illius inmensos miratur grætia campos.  
At minor est nobis: sed bene cultus ager.  
Non miles: pastor: curuus non defit arator.  
Nec grais constant singula: trina mihi.

